



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

XXX. De his quæ menstruum sanguinem aliis in cibo vel potu dant, & de  
his qui magicam artem divinatione & augurio observant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

ris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjun-  
ctione contentus. Alias verò vivens abjicia-  
tur donec desinat & ad pœnitentiam rever-  
tatur.

*De conjugatis qui nubere non possunt.*

C A P. XXXIX.

Quod autem interrogasti de his qui matri- Regino lib. 2.  
monio conjuncti sunt & nubere non possunt,  
c. 242.  
si ille aliam vel illa alium ducere possit, non  
cum auctoritate, sed de quorundam statutis  
respondemus, in quibus scriptum est: Vir & mulier si se conjunxerint matrimonio, & po-  
stea dixerit mulier de viro quod non possit ei nubere, si potest probare per justum judicium quod verum sit, accipiat alium.

*De his quæ menstruum sanguinem aliis in cibo  
vel potu dant. & de his qui magicam artem  
divinatione & augurio observant.*

C A P. XXX.

De his etiam super quibus interrogasti, id Regino lib. 2.  
est, de illa femina quæ menstruum sanguinem c. 362.  
suum miscuit cibo vel potui, & dedit viro suo Burchard. lib.  
ut comedederet, & de illa quæ semen viri sui in 19. c. 152.  
potu bibit, & de ea quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vi-  
tanda, quali pœnitentia sint plectendæ; ut no-  
bis videtur, tali sententia feriendi sunt sicut  
magi & arioli, qui magicam artem exercuisse  
noscuntur. Nam de his qui magicam artem Regino lib. 2.  
c. 360. 361.

K k

exercent, & auguria attendunt, & divinationes observant, Theodori Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in mis, unum annum pœniteat. Qui verò in magnis, decem annos pœniteat. Mulier si qua ponit filiam suam supra tectum vel in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. Qui ardere facit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium & domus, quinque annos pœniteat. Si mulier incantationes vel divisiones fecerit, unum annum vel tres quadragesimas vel quadraginta dies juxta qualitatem culpæ pœniteat.

Regino lib.  
2. c. 357.

De hoc in Concilio Ancyrano cap. xxii dicitur: Qui auguria, auspicia, sive somnia, vel divinationes quaslibet secundum mores gentium observant, aut in domos suas hujusmodi homines inducunt in exquirendis aliqua arte maleficis, aut ut domos suas lustrent; hi si de clero sunt, abjiciantur; si verò seculares, quinquennio pœniteant. Qui cibum immolatum comedere, & deinde confessus fuerit, scerdos considerare debet personam, in quaestate, vel quomodo edoctus, aut qualiter contigerit. Et ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur, & in omni pœnitentia semper, & confessionem omnino, in quantum tuum Deus adjuvare dignet, cum omni dilectione conservetur.

§ † §